

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis
Autor: Merian, Maria Sibylla
Verlag: Oosterwyk
Ort: Amstelædami
Jahr: 1717
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN476830389
PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>
OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>
LOG Id: LOG_0140
LOG Titel: XXXIII. Trifolium & Carex
LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions. Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
 Georg-August-Universität Göttingen
 Platz der Göttinger Sieben 1
 37073 Göttingen
 Germany
 Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

diem, ubi metamorphosin subibant : primam itaque conversam in aureliam secunda deglutiit, usquedùm unica tantummodo superstes relicta fuerit, quæ tertiâ die Julii in phalænam cineream immutata fuit.

XXXII. *Erice florens.*

HAcce herbâ in campis aridis progerminante tanquam pabulo vescuntur hæ erucæ; quæ decimâ quintâ, sextâ, & septimâ Augusti sese intexentes, decima sextâ, septima & octavâ dicti mensis anni subsequenter in duplicis hujusmodi generis phalænullas, masculos nimirum atque femellas, immutatae fuerunt.

Erucula media nigricans auriaco colore maculata pariter hac herbâ nutrita fuit, in Junii diem usquè trigesimam, ubi telâ suâ herbæ huic affixâ nigram in aureliam immutabatur vigesimâ sextâ Julii hujusmodi, lineis cinereis virgata phalænulla inde producta fuit.

Formosa hæc variegata eruca hac herbâ, quemadmodùm etiam millefolio unâ vescebatur, in gradiendo celerrima; vigesimâ secundâ Junii duram admodùm texturam conficere incepit, in quâ mutabatur in aureliam, quæ tacta sæpè numero invertebatur, tandemque profus exaruit; insuper ego duram illam texturam aperui, & in eâ, quod hic cernitur, inveni, hoc quemadmodùm in germaniâ, ita pariter Amstelodami observavi.

XXXIII. *Trifolium & Carex.*

Vermis hicce terrei coloris trifolio insidens lumbricus à popularibus appellatur; rura pascua notabiliter destruit, herbæ radicem exedens; vigesimâ nonâ die Maii in aureliam, qualis sub verme cernitur, immutabatur, unde vigesimâ quintâ Junii hujusmodi, quale super flore cernitur, animal prorupit; terræ semen suum inserit, ac, uti populares asserunt, tribus ad minimum annis pro subeundâ metaphose indiget.

Elegantis flauæ, rubræque erucæ carex pabulum fuit in primam usque diem Augusti, ubi telâ albicante confectâ nigram in aureliam immutabatur, dicimâ quintâ Augusti albicans

H

hu-

hujusmodi phalænula, qualis suprâ cernitur, inde prodiit.

XXXIV. *Anemone.*

HOsce flores his erucis in ornatum addidi, cum in præcedente folio trifolium, & carex in gramine crescentia fuerint exhibita. Carex harum erucarum pabulum fuit in octavam usque Junii diem, ubi in aurelias, ac indè vigesimâ octava Julii in hujusmodi flavas phalænulas immutatæ fuerunt.

XXXV. *Gramen virginicum.*

HAnc flori insidentem erucam hic collocavi proprium ei pabulum ignorans; vix enim à me depicta sese die Junii octavâ 1705. ovo albicanti intexuit, ac vigesimâ octavâ mensis antedicti hujusmodi phalænula inde prodiit. Vermis infimus stiqiti irrepens exilibus in omni plantarum genere reperibilibus pediculis pascitur; vigesimâ sextâ Junii, qualis sub verme cernitur, formam assumpsit, duodecim diebus elapsis hujusmodi scarabæolus inde prodiit.

XXXVI. *Salix.*

INgentes hæ erucæ foetidum spargunt odorem; in salice morantur, ejusdem medullam depascentes; pabulo verò carentes semetipsas invicem devorant; nec in ullâ scatulâ, lignum quodvis erodentes, asservari possunt, vigesimâ Aprilis nonnullæ sese intexentes, quartâ die Maii, quales hic exhibentur, (mas scilicet atque femella) phalænæ factæ sunt; aliam quoque vigesimâ Septembris acquisivi, hæc in terrâ, nullam assumens escam in Octobrem usque recondita in aureliam immutata fuit; decimâ septimâ Maii subsequenter anni hujusmodi phalæna inde prodiit, quæ primâ die centum quinquaginta octo, secundâ adhuc septuaginta octo ova peperit, ubi in fuscum colorem vergente corpore tertiâ die perit.

XXXVII.